Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et requiescite. Ecce appro
pinquabit hora; et filius
hominis traditur in manus peccatorum.
Surgite eamus; ecce appro
pinquabit qui me tradet. Adhuc
ipso loquente ecce iudas unus
de duodecim venit; et cum
eo turba multa cum gladiis
et fustibus, missi a principibus
sacerdotum et senioribus populi.
Qui autem tradidit eum; dedit
illis signum dicens. Quem
cumque osculatus fuero ipse est,
tenete eum. Et continuo accessit ad
ihesum dixit. Ave rabbi. Et osculatus est eum.
Dixitque illi ihesus. Amice; ad
quod venisti. Tunc accesserunt
et manus iniecerunt in
ihesum; et tenuerunt eum. Et
ecce unus ex his qui erant
cum ihesu extendens manum
exemit gladium suum; et per
cutiens servum principis sacer
dotum. amputavit auri
culam eius. Tunc ait illi ihesus.
Converte gladium tuum in
locum suum. Omnes enim qui acce
perint gladium; gladio peribunt.
An putas quia non possum
rogare patrem meum. et exhibebit mihi modo plus quam
duodecim legiones angelorum;
Quomodo ergo implebuntur scripture;
quia sic oportet fieri. In illa
hora dixit ihesus turbis. Tanquam
ad latronem existis cum
gladiis et fustibus comprehendere me. Quotidie apud
vos sedebam docens in templo;
et non me tenuistis. Hoc
autem totum factum est; ut im
plerentur scripture prophetarum.
Tunc discipuli eius relicto eo
fugerunt. At illi tenentes ihesum
duxerunt ad cayphan principem
sacerdotum; ubi scribe et seni
ores congregati sunt. Petrus autem
sequebatur eum a longe. usque
in atrium principis sacerdotum.
Et ingressus intus sedebat
cum ministris ut videret finem.
Principes autem sacerdotum et omne
concilium querebant falsum testimonium
contra ihesum. ut eum morti tradant;
et non invenerunt. cum multi
falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi

testes; et dixerunt. Hic dixit.